



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 61. Quorumdam molimina pro hæresi stabilienda in Italia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

§. LXI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1548.*Quorundam molimina pro hæresi
stabilienda in Italia.*

Interea numerus eorum, qui novam Re-
formationem amplectebantur, etiam
in Italia excrescere cæperat; jam e-
nim anno Christi millesimo quingentesi-
mo quadragesimo quadraginta Viri ge-
neris nobilitate, dignitatum auctorita-
te, ac ingenii præstantia ceteris magis
conspicui Vicentiæ. quæ ditionis Vene-
tæ urbs est, quamdam veluti Acade-
miam erexerunt (*) eo fine, ut Reli-
gionis capita præcipue ea, quæ tum
magis controversa erant, juncta opera
discu-

*Lubienischi
hist.ref. Eccl.
Pol.
Biblioth.
Antitrin.
p. 18.*

(*) Hoc loco luculentum suppeditatur ar-
gumentum, quam nocivæ sint privatæ ejus-
modi societates, vel Academiæ, quando iis
præfunt Viri vel de fide suspecti, aut omnino a
vera Religione alieni, etiamsi sese exterius Ca-
tholicos esse mentiantur, præcipue, si eis im-
pune quæcunque discutiendi, ac typis quoque
divulgandi libertas conceditur, vel etiam per-
mittitur, ut Catholicorum filii ad ejusmodi A-
cademias mitti possint, nunquam reversuri, nisi
aut hæresi infecti, aut saltem perniciosis prin-
cipiis imbuti, ac moribus depravatis cor-
rupti.

U u 5

Sæcul. XVI.
A. C. 1548. discuterent, cum vero nullo fræno intra fidei, ac submissionis Ecclesiæ debitæ limites coercerentur, potissimos fidei nostræ articulos in dubium revocandi libertatem sibi arrogarunt, ac præprijis Filium Dei divinam naturam habere inficiabantur, eumque duntaxat hominem ceteris superiorem, nec tamen de Virgine ex Spiritus Sancti operatione natum affirmabant, interim illum ex Dei mandato ad peccatorum remissionem nobis procurandam mortuum, nec non per Patris potentiam resuscitatum, atque in cœlis esse gloriosum asserabant, nec minus admittebant, quod omnes, qui huic Christo Domino obtemperant, ex parte Dei justitiam consecuturi sint, omnesque, qui eundem colunt, in ipso etiam immortalitatem, quam in Adamo amiserunt, recuperaturi sint: Denique tradebant, quod hic solus sit Dominus, ac populi ipsi subiecti caput, Judexque vivorum, & mortuorum, illumque in consummatione sæculorum iterum esse venturum profitebantur. Ex solis hisce articulis tota eorum Religio constabat, cetera vero omnia tanquam Græcæ Philosophiæ capita ad fidem nihil attinentia vilipendebant.